

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Correctio by
cum fonte primo

Dum sacerdotes uni parcunt, uniuersae ecclesiae moliuntur interitum.
Que est ista bonitas, ista misericordia uni parcere
et omnes in discrimen adducere?
Polluitur enim ex uno peccatore populus,
sicut ex una oue morbida uniuersus grex inficitur.

Origenes ibidem (super Numeri) super librum Numerorum
omelia LXXXI.

Et dum uni parcunt, uniuersae ecclesiae moliuntur interitum.
Quae ista bonitas, quae ista misericordia est, uni parcere
et omnes in discrimen adducere?
Polluitur enim ex uno peccatore populus.
Sicut ex una oue morbida grex universus inficitur,
sic etiam uno vel fornicante vel aliud quodcumque sceleris
committente plebs universa polluitur.

Origenes, *In Iosue homeliae*, 7.6 (SC 71, A. Jaubert ed., p.210).